Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift



seruari et sacramentum. quod cum defuerint non coniuges sed adulteri appellantur.
Vnde dicit ipse iulianus libro .i. sententiarum. Veritas nuptiarum non consistit in
VI Nonin sola ut dicitur commixtione sed in mixtione maris et feminae. S. xxvii. q. ii. fin.
maris et feminae nuptiarum unitas est. quam uis sine ulla commixtione
nuptiae filios parere non possint. sed alia sunt ad nuptias propter procreationem
quibus adultas nuptiae dicuntur. sicut est thori coniugalis fides et cura
ordinatae filios procreandi. et quod maxima differentia est bonus usus ma
li hoc est bonum concupiscentiae carnis. quod bono adulti male utuntur.
Cum igitur mereretrix ut dicimus nulla sit spes fidei. nec certitudo pu
dicitiae patet quod non est in coniugium ducenda. Sed obiciitur: Raab ierichon
una quam uis esset meretrix. tamen principi de tribu iuda coniugio est copula
ta. de qua ex eiusdem postea nasci dignatus est. Osee quoque xii. prophetarum primus
ex precepto domini choro ordinis meretrices emit quas sibi coniugio sociauit.
Sed aliud est meretrices ducere et adultam retinere quam tua conuersatione casti
tatis et pudicitiae exornes. atque aliud aliquem carum habere quam nullo pac
to a luxu suo carnis reuocare ualeas. Hoc enim penitus prohibet. illud
laudabiliter factum legitur. Vnde ler. super osee libro .i. Non est peccatum
VII Non est culpandus osee propheta Si meretricem ducere uxorem. S. xxxiii. Q. iii. C. Ita plane.
si meretricem quam duxit ad pudicitiam reuocauit. sed poci laudandus
quod ex mala bona fecit. Nec enim quod bonum permanere polluit si sociatur malo.
sed quia malus est in bonum uertitur si boni exemplis sectatur: Et quod intelli
gimus non propheta predicisse pudicitiam fornicarie copulatam. sed fornica
riam assumpsisse pudicitiam quam ante non habebat. Sed quod autem non sit .II. Q.
uxor que sola causa moriendi ducitur. hinc uidetur probari posse.
quia coniugium propagationis non explendae libidinis causa a deo institu
tum est. Hec namque fuit benedictio coniugii. crescite et multiplicamini.
Qui igitur non causa procreandae sobolis. sed explendae libidinis sibi in uicem copulantur
non tam coniuges quam fornicarii uidentur. His ita respondetur: Prima
institutio coniugii in paradiso facta est. ubi esset immaculatus thorus
et honorabiles nuptiae. ex quibus sine ardore concipiunt. sine dolore pa
rerent. Sed quia propter illicitum motum limitandum extra paradisum facta est.
ut infirmitas pena in ruina turpitudinis honestate excipiatur coniugii.